



Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XII. Christus est verus Messias Spiritu sancto & omniu[m] donoru[m]
plenitudine vnctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

prauaricationum quaerant sub priori testamento, & promissionem accipiant, qui vocati sunt, aeterna hereditatis: ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Vers. 24. Non enim in manu facta sancta Iesus introiit exemplaria verorum, sed in ipsum caelum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Capit. 12. 22. 23. 24. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem caelestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperersionem melius loquentem quam Abel. 1. Ioan. 2. 1. 2. Filioli mei haec scribo vobis, ne non peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habebimus apud patrem Iesum Christum iustum, & qui est propitiarius pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.

CAPVT XII.

Christus est verus Messias, Spiritu sancto & omnium donorum plenitudine unctus.

FIGURAE. 3. Reg. 1. 32. 33. 34. 35. De quoque rex David: vocate mihi Sadocum sacerdotem & Nathan prophetam, & Banaiam filium Iadae. Qui cum ingressi fuissent coram rege, dixit eis: tollite vobiscum seruos Domini vestri, & impetrate Salomonem filium meum super mulam meam, ducite eum in Gihon, & unget eum ibi Sadocus sacerdos, & Nathan propheta in regem super Ise-

Et canetis buccinā, atq; dicitis: *vinat rex Salomon.*
 Et ascendetis post eum, & veniet & sedebit super so-
 lium meum, & ipse regnabit pro me; illiq; precipiam
 ut sit dux super Israël & super Iudam.

PROPHETIAE. Psal. 44. 8. 9. *Dilexi-*
sti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea unxit
te Deus Deus tuus oleo lactuiae prā consortibus tuis.
Myrrha & gutta, & cassia a vestimentis tuis, à do-
mibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae re-
gum in honore tuo. Isai. II. 1. 2. 3. Et egredietur vir-
ga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, &
requiescet super eum Spiritus Domini: spiritus sa-
pientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis,
spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus
timoris Domini. Non secundum visionem oculo-
rum iudicabit, neq; secundum auditum aurium ar-
guet. Capit. 61. 1. 2. Spiritus Domini super me, eo
quod unxit Dominus me; ad annunciandum man-
uetis misit me, ut mederer contritis corde, predica-
rem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem:
ut predicarem annum placabilem Domino, & diem
ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes,

VERITAS. Luc. 4. 17. 18. 19. 20. 21. 22.
 Et traditus est illi liber Isaiæ propheta, & ut reuol-
 uit librum, inuenit locum ubi scriptum erat: *Spiritus*
Domini super me, propter quod unxit me, euangeli-
zare pauperibus misit me, sanare contritos corde,
predicare captiuis remissionem, & caecis visum, di-
mittere confractos in remissionem, predicare annum
Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum
 L 3 *plicuisset*

placuisse librum reddidit ministro, & sedit. Et
 omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum.
 Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est
 hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimo-
 nium illi dabant, & mirabantur in verbis grati-
 que procedebant de ore ipsius, & dicebant: nonne hic
 est filius Ioseph? Ioan. 1. 15. 16. 17. Ioannes testimo-
 nium perhibet de ipso, & clamat, dicens: hic era-
 quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus
 est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos om-
 nes accepimus, & gratiam pro gratia; quia lex per
 Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Chri-
 stum facta est. Vers. 40. 41. Erat autem An-
 dreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui au-
 dierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. Inuenit
 hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: nu-
 uenimus Messiam, quod est interpretatum Christus.
 Ibidem capit. 4. 25. 26. Dicit ei mulier: Scio quia
 Messias venit (qui dicitur Christus) cum ergo uene-
 rit ille, nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus. Ego
 sum qui loquor tecum. Actor. 2. 36. Certissime
 ergo sciat omnis domus Israël, quia & Dominum eum
 & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem uocatis
 cifixistis.

CAPVT XIII.

Christus est oblatio, hostia, & sacerdos.

FIGURAE. Genes. 14. 18. 19. At uero
 Chisdedech rex Salem proferens panem & uinum
 (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, &
 benedictus Abraham Deo excelsio qui creauit